



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmma Totivs Theologiae S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romæ, 1619**

De matrimonij definitione. Quæstio 44.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

tractus sponsalium, impediisset contractum illum: ita si interveniat ante matrimonium, quod est effectus quidam sponsalium, prior contractus ab effectu suo impeditur. Nec in hoc aliquid detrahitur alteri, immo ei confertur: quia absolvitur ab eo, qui per fornicationem se Deo odiosum reddidit.

Ad quintum dicendum, quod quidam non recipiunt illum casum: sed contra eos est Decret. \* quod expresse dicit, Ad instar, inquit, eorum qui societatem interpositione fidei contrahunt, & postea eamdem sibi remittunt, potest in patientia tolerari, si mutuo se absolvent qui sponsalia contraxerunt. Sed ad hoc dicunt, quod Ecclesia magis hoc sustinet, ne peius veniat, quam hoc sit de iure. Sed hoc non videtur exemplo convenire quod Decret. adducit. Et ideo videndum, quod non semper est lenitatis retractare, expressius firmata sunt: quia incertæ sunt providentiæ viæ, ut dicitur in lib. Sapientiæ \*.

lib. 4. dec.  
tit. 1. c. 2.

cap. 9.

Ad sextum dicendum, quod quamvis nondum detrahit sibi mutuo potestatem corporis sponsalia contrahentes, tamen ex hoc efficiuntur sibi in vicem sibi de non servanda fide in futurum; & ideo potest sibi præcauere vnus contra alium, sponsalia dicendo.

Ad septimum dicendum, quod ratio illa teneret, si esset vnus rationis vterque contractus: sed secundum contractus matrimonij est fortior primo, & ideo vnus ipsum.

Ad octauum dicendum, quod quamvis non fuerint sponsalia, tamen fuit ibi quidam sponsalium motus: & ideo ne videatur approbare, ad annos legitimè veniens, debet petere solutionem sponsalium iudicij Ecclesiæ faciendam, propter bonum exemplum.

Q V Æ S T. XLIV.

De matrimonij definitione, in tres articulos diuisa.

¶ Primum considerandum est de ratione matrimonij.

¶ Circa quod quærentur tria.

¶ Primum, vtrum matrimonium sit in genere coniunctionis?



¶ Secundo, vtrum conuenienter nominetur?

¶ Tertio, vtrum conuenienter definiatur?

## ARTIC. I.

181

*Vtrum matrimonium sit in genere coniunctionis?*

Tho. 4. d.

27. q. 1. a.

1. q. 1. c.

seq.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod matrimonium non sit in genere coniunctionis. Quia vinculum quo aliqua ligantur, differt à coniunctione ipsa, sicut causa ab effectu. Sed matrimonium est vinculum quoddam, quo iuncti matrimonio, ligantur. Ergo non est in genere coniunctionis.

¶ 2. Præterea, Omne sacramentum est sensibile signum. Sed nulla relatio est accidens sensibile. Ergo matrimonium cum sit sacramentum, non est in genere relationis, & ita nec in genere coniunctionis.

¶ 3. Præterea, Coniunctio est relatio æquiparantia sicut & æqualitas. Sed non est vna numero æqualitatis relatio in vtroque extremorum, vt Aui. dicit. Ergo nec vna coniunctio; & sic si matrimonium est in genere coniunctionis, non est vnum tantum matrimonium inter duos coniuges.

SED contra, Relatio est, secundum quod aliqua ad inuicem referuntur. Sed secundum matrimonium aliqua ad inuicem referuntur: dicitur enim maritus vir vxoris, & vxor mariti vxor. Ergo matrimonium est in genere relationis, nec est aliud quàm coniunctio.

¶ Præterea, Vnio duorum ad aliquid vnum non fit nisi secundum coniunctionem. Hoc autem fit per matrimonium, vt patet Gen. 2. Erunt duo in carne vna. Ergo matrimonium est in genere coniunctionis.

RESPONDEO dicendum, quod coniunctio adnotationem quandam importat: vnde vbi cum quædam adunatio aliquorum, ibi est aliqua coniunctio. Sic autem quæ ordinantur ad aliquid vnum, dicuntur in ordine ad illud adunari: sicut multi homines adunantur ad vnam militiam, vel negotiationem exequendam, ex qua dicuntur commilitones adunati, vel socij negotiationis. Et ideo cum per matrimonium ordinentur aliqui ad vnam generationem,

educationem proles, & iterum ad vnam vitam domesticam; constat quod in matrimonio est aliqua coniunctio, secundum quam dicitur maritus & vxor: & talis coniunctio ex hoc, quod ordinatur ad aliquid vnum, est matrimonium. Coniunctio autem corporum & animorum ad matrimonium consequitur.

Ad primum ergo dicendum, quod matrimonium est vinculum quo ligantur formaliter, non effectiue. Et ideo non oportet quod sit aliud à coniunctione.

Ad secundum dicendum, quod quamuis ipsa relatio non sit sensibilis accidens, tamen cause eius possunt esse sensibiles: nec in sacramento requiritur quod sit sensibilis illud quod est res & sacramentum. Hoc enim modo se habet in hoc sacramento prædicta \*coniunctio, sed verba exprimeria consensum sunt sacramentum tantum, & causa prædicta coniunctionis sunt sensibilia.

*in corp.  
art.*

Ad tertium dicendum, quod relatio fundatur in aliquo sicut in causa, vt similitudo in qualitate; & in aliquo sicut in subiecto, vt in ipsis similibus: & ex utraque parte potest attendi vnitas & diuersitas ipsius. Quia ergo in similitudine non est eadem qualitas numero, sed specie in vtroque simili, & iterum subiecta similitudinis sunt duo numero, & similiter est de æqualitate: ideo & æqualitas & similitudo omnibus modis est alia numero in vtroque similibus, & æqualium. Sed relatio quæ est matrimonium, ex vna parte habet vnitatem in vtroque extremorum, scilicet ex parte cause, quia ad eandem numero generationem ordinatur: sed ex parte subiecti habet diuersitatem secundum numerum. Et ideo hæc relatio est vna & multiplex: & secundum quod est multiplex, ex parte subiecti, significatur his nominibus vxor, & maritus: secundum autem quod est vna, significatur hoc nomine, matrimonium.

ARTIC. II.

182

*Vtrum matrimonium conuenienter nominetur?*  
D secundum sic proceditur. Viderur, quod matrimonium inconuenienter nominetur. Quia deno-

denominatio debet fieri à digniori. Sed pater dignior est matre. Ergo magis debet denominari à patre, quàm à matre, coniunctio vtriusque.

lib. 4. c. 28.

¶ 2 Præterea, Res debent denominari ab eo quod est de essentia sua: quia ratio quam significat nomen, est definitio, vt dicitur in 4. † Meta. Sed nuptiæ non sunt de essentia matrimonij. Ergo non debet matrimonium nuptiæ appellari.

¶ 3 Præterea, Species non potest proprio nomine nominari ab eo, quod est generis. Sed coniunctio est genus ad matrimonium. Ergo non potest proprie coniugium nominari.

SED in contrarium est communis vsus loquentium.

RESPONDEO dicendum, quòd in matrimonio est tria considerare. Primo, essentiam ipsius, quæ est coniunctio: & secundum hoc nominatur coniugium. Secundo, causam eius, quæ est desponsatio: & secundum hoc vocatur nuptiæ à nubo\*; quia in ipsa solennitate desponsationis, qua matrimonium perficitur, capita nubentium velantur. Tertio, effectum, qui est proles, & sic dicitur matrimonium (vt Augustinus dicit contra Faustum) ex hoc quòd mulier non debet ob aliud nubere, nisi vt sit mater. Potest etiam matrimonium quasi matris munium, idest officium dici: quia sceminis maxime incumbit educandæ proli officium. Vel dicitur matrimonium quasi matrem muniens, quia iam habet quo defendatur & nutriatur, scilicet virum. Vel dicitur matrimonium quasi matrem monens, ne virum relinquat, alteri adherens. Vel dicitur matrimonium quasi materia vnius, quia in eo fit coniunctio ad vnam prolem materialiter educendam, vt dicatur matrimonium à monos & materia. Vel dicitur matrimonium, vt Isid. dicit, à matre & nato: quia per matrimonium efficitur aliquæ mater nati.

Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis pater sit dignior quàm mater, tamen circa prolem magis officiosa mater est, quàm pater. Vel dicendum, quòd

Amb. l. 1. de Abraham ca. 9. Isi. l. 2. de Eccl. efficijs. c. 19. \* lib. 19. ca. 26. à med. to. 6.

matre  
in ad  
ius er  
nij ma  
Ad  
lia cog  
scide  
detur  
Ad t  
m  
dior  
aris r  
guitate  
et nor  
per pe  
uenit  
deomi  
prij, q  
uenit  
in simi  
matre  
marum  
V  
D  
A  
uer  
ri de  
aur: qu  
mmo. S  
matr  
dini i  
¶ 2  
car ma  
non  
quam v  
¶ 3  
de. S

mulier ad hoc principaliter facta est, vt sit homini adiutorium prolis: non autem vir propter hoc factus est. Vnde magis pertinet ad rationem matrimonij mater, quam pater.

Ad secundum dicendam, quod aliquando essentialia cognoscuntur per accidentalia; & ideo etiam per accidentalia aliqua nominari possunt, cum nomen datur causa rei innotescendæ.

Ad tertium dicendam, quod aliquando species nominatur ab eo quod est generis, propter imperfectionem speciei, quando scilicet complete habet generis rationem, nec tamen aliquid addit quod ad dignitatem pertineat; sicut proprium accidentale retinet nomen proprii communis. Aliquando autem, propter perfectionem, quando in vna specie complete inuenitur ratio generis, & non in alia: sicut animal denominatur ab anima, quæ competit animato corpori, quod est genus animalis: sed animatio non inuenitur perfecte in animatis, quæ non sunt animalia. Similiter est in proposito: quia coniunctio viri ad mulierem per matrimonium est maxima: cum sit & animi & corporum; & ideo coniugium nominatur. i

ARTIC. III.

*Utrum matrimonium conuenienter definiatur in litera?*

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter definiatur in litera\*. Quia in matris definitione oportet, quod matrimonium ponatur: quia maritus est, qui est mulieri iunctus matrimonio. Sed maritalis coniunctio ponitur in definitione matrimonij. Ergo videtur, quod sic circulatio in definitionibus istis.

¶ Præterea, Per matrimonium sicut vir efficitur maritus mulieris, ita & mulier vxor viri. Ergo non magis deberet dici coniunctio maritalis, quam vxoria.

¶ Præterea, Consuetudo ad genus moris pertinet. Sed frequenter matrimonio iuncti, sunt valde in moribus

183.

In 4. di.  
27. §. B.  
& Gratianus  
in Decretis  
caus. 27. q.  
2. in 1. r.  
cip.

pater di-  
nari a pa-  
ari ab eo  
significat  
meta. Sed  
Ergo non  
prio nomi-  
coniunctio  
potest pro-  
loquenti  
n matrimo-  
ipsum, qui  
atur conio-  
sponsatio:  
quia in ip-  
nionum per-  
esse sunt  
vt Augusti-  
ier non de-  
oreft etiam  
officiu  
ucanda pro-  
quasi ma-  
datur & ma-  
nionu quali-  
i adhaeret  
vnius, qui  
erialiter  
onos & ma-  
dicat, a no-  
tur aliqui  
amuis poci-  
elem magi-  
adum, quod  
mulier

moribus diuersi. Ergo non debet poni in definitione matrimonij, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens.

¶ 4 Præterea, Inueniuntur aliæ definitiones de matrimonio datæ. Quia secundum Hug. † Matrimonium est duarum idonearum personarum legitimus de coniunctione consensus: secundum quosdam autem, matrimonium est consortium communis vitæ, & communicatio diuini & humani iuris. Et quaeritur qualiter hæ definitiones differant.

RESPONDEO dicendum, quod sicut supra dictum est \*, in matrimonio tria considerantur, scilicet causa ipsius, & essentia eius, & effectus: & secundum hoc tres definitiones inueniuntur de matrimonio datæ. Nam definitio Hug. † tangit causam,

scilicet consensum; & est per se nota. Definitio autem in litera \* posita, tangit essentiam matrimonij, scilicet coniunctionem; & addit determinatum subiectum, in hoc quod dicit, inter legitimas personas. Ponit etiam differentiam conerahentem ad speciem, in hoc quod dicit, maritalis: quia cum matrimonium sit coniunctio in ordine ad aliquid vnum, talis coniunctio in speciem trahitur per illud, ad quod ordinatur; & hoc est id quod ad maritum pertinet. Pertinet etiam virtutem huius coniunctionis, quia indissolubilis est, in hoc quod dicit, indiuiduam, &c.

Sed alia definitio \* tangit effectum, ad quem ordinatur matrimonium, scilicet, vitam communem in rebus domesticis. Et quia omnis communicatio aliqua bene ordinatur, ideo ponitur ordinatum istius communicationis, scilicet ius diuinum & humanum: alia autem communicationes, vt negotiantium & militantium, solo iure humano institutæ sunt.

Ad primum ergo dicendum, quod aliquando priora, ex quibus debet dari definitio, non sunt nota quæ ad nos: & ideo in definitione aliquorum ponuntur aliqua posteriora simpliciter, quæ sunt priora quæ ad nos: sicut in definitione qualitatis ponitur qualitas a Philo-

li. 2. de  
Sacramē  
tis parte  
11. ca. 4.

Ar. pra-  
cor.

† li. 2 de  
Sacramē  
tis p. 11.  
c. 4.  
\* in 4. d.  
27. §. B.

Posita in  
6. arg.

à Philoſopho †, cum dicit, Qualitas eſt ſecundum quam quales eſſe dicimur. Et ita etiam hic in definitione matrimonij, ponitur coniunctio maritalis, ut ſit ſenſus quod matrimonium eſt coniunctio ad ea quæ mariti officium requirit: quæ non poterant vno nomine exprimi.

In prædicamento qualitatis.

Ad ſecundum dicendum, quòd per hanc differentiam tangitur finis coniunctionis, ut dictum \* eſt. Et quia ut dicit Apoſtolus †, Vir non eſt propter mulierem, ſed mulier propter virum: ideò hæc differentia potius debet ſumi à viro quàm à muliere.

Art præced. cor. † 1. ad Cor. 11.

Ad tertium dicendum, quòd ſicut vita civilis non importat actum ſingularem huius vel illius, ſed ea quæ ad communicationem civilem pertinent: ita vita coniugalis nihil aliud eſt, quàm conuerſatio ad communicationem talem pertinens. Et ideo quantum ad hanc vitam, ſemper in coniugibus conſuetudo eſt indiuidua, quamvis ſit diuiſa quantum ad actus ſingulares vtriuſque.

Ad quartum patet ſolutio ex dictis. \*

In corp. art.

QVÆST. XLV.

De conſenſu matrimonij ſecundum ſe, in quinque articulos diuiſa.

Conſequenter conſiderandum eſt de conſenſu. Vbi primo agendum eſt de ipſo conſenſu, ſecundum ſe conſiderato. Secundo, de conſenſu, iuramento vel carnali copula firmato. Tertio, de conſenſu coactò & conditionato. Quarto, de obiectò conſenſus.

Circa primum quæruntur quinque.

- ¶ Primo, vtrum conſenſus ſit cauſa efficiens matrimonij?
- ¶ Secundo, vtrum oporteat conſenſum per verba exprimi?
- ¶ Tertio, vtrum conſenſus expreſſus per verba de futuro faciat matrimonium?
- ¶ Quarto, vtrum conſenſus per verba de præſenti expreſſus, ſi deſit interior conſenſus, exte-

